

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Jakob Breiger Simon Hetling

Disputatio Philosophica De Constitutione Methaphysices

Rostochi[i]: Pedanus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729269116>

Druck Freier  Zugang



F. Breiger.
R. U. phil. 1619.

Disputatio Philosophica
D E
CONSTITUTIONE
METAPHYSICES:

Quam
JEHOVAE AUSPICIIS DUC T UQ;

I N

Inclita Academia Rostochiensi

Publicè proponunt

M. IACOBUS BREIGERUS
P R A E S E S

SIMON HETLINGIUS Ostervicensis

R E S P O N D E N S

*In Auditorio Majori ad d. 28. Augusti
berus matutinus.*



ROSTOCHI

*Typis exscrispit Joachimus Pedanus,
ANNO M. DC. XIX.*

Clarissimo & Prastantissimo viro
Dn. M. JOHANNI NENDORFIO
P. C. Scholæ Goslariensis Rectori &
moderatori meritissimo præceptoris olim.
suo summopere colendo.

N E C . N O N

Prudentia probitate & humanitate conspicuis
VIRIS.

Dn. J O H A N. Hassel /
EST

Dn. TILEMANNO Clawsen populari:
Civibus Reipubl. Hamburgensis
primarijs.

Dnn. Fautoribus Promotoribus aeternum:
suspiciendis,

Hanc disputationem Meta-
physicam.

testificande gratitudinis ergo

Dico

Simon Hetlingius
Resp.



Corollaria.

1. Verus usus Philosophiae non pugnat cum Theologia.
2. Metaphysicam dicere Sapientiam non repugnat illi, qui dicat Scientiam.
3. Principia & affectiones Metaphysices negari non possunt, si Scientia esse debeat.
4. Formæ elementorum non sunt Qualitates, sive motrices, sive alteratrices: hæc enim à formis illis fluunt ut passiones eorum propriæ.
5. Elementa sunt transmutabilia: non tota tamen simul, sed quoad partes: & quodlibet quidem in quodlibet transmutari potest.
6. Duas qualitates in singulis elementis summas esse nemo philosophantium affirmat.
7. Qui dicit temperamentum substantiam, errat.
8. Mores quodammodo sequi temperamentum non negamus.
9. Intellectus considerationis Physicæ est: quantumvis Entia à materia abstracta sint alterius scientiæ.
10. Anima rationalis tota est in toto & tota in qualibet parte corporis.
11. Intellectus suâ naturâ immaterialis & immortalis est.
12. Qui Deum Quidditative cognosci putant, non errant: Sed tamen veritatem non assequuntur qui Deum per omnia prædicata essentia ejus congrua usq; ad ultimas quasi differentias ab homine cognosci posse arbitrantur.

Orna-

Ornatissimo Juveni
S I M O N I H E T L I N G I O
capiti suo unicè charo

Suspensa quatvis montium cacumina,
Sinter trecenta , & inter horrentes specus.
Rupesq; vastas ; mille cincta & semitis
Ambagibusq; mille , duris sentibus ,
Scientiarum , casta queis Virtus , Decus
Rerumq; cunctū præsidet dux Gloria ,
Arx celsa : non ætate desunt hāc tamen .
Qui , pervicace fascinati amentiā ,
Vel melle technis , mille , nequicquam , modis
Vultare , telluriq; plane nobilem hanc
Æquare conati . Alt inanis ô labos !
Conamen eventuq; cassum ! Plurimi ,
Iguava molliore quos dulcedine ,
Imago somni certa transversos agit
Inertia ; aut proptera Virgo Cypria
Secusq; fallax ; longa duri tædia
Laboris exosi , & viâ septemplici
Conterriti , spernunt eandem Gloriæ
Ædem . Sed ô H E T L I N G E , magna terrium
Et cura corq; virginum , dexteraq;
O Gratiarum educte , commerci nihil
His cum tibi . Nam quam potens rerum sitis
Calore pulcro pectus erectum tuum .
Quasset , probatum das modo nobis ; ubi
Fultus cathedrā spiritus & ignea
Forus juventæ provocare robora
Ausis . bonum conamen ! Ipse pergitō
Litare menti sic bonæ , & , si quid tuor ,
Te Fama quondam in arduum feret virum
Per ora penna nesciente solvier ,

L. Mq. f.
Hermannus Ernesti Brunovicanus.



Exercitationum Metaphysicarum

PRIMA

DE METAPHYSICES CONSTITUTIONE.

THEISIS I.

Bene C.C Salustius, & prorsus ad mentem τοῦ Δαιδαλοῦ ἀνδρῶν. Animus nobis cum Diis, corpus cum bellis commune est. Eoq; multò videtur rectius, ingenii, quā virium opibus, gloriam quæret. Corn. M. Isag. p. 1.

2. Ingenij gloriā cum dicimus, cæfis ventosam illam interpreteris, quæ delirantes concinnat in orbe mortales, uti alijs magis, quā sibi meti ipsi de se credant. Veram intellige, quæ ipsissima & animi & hominis perfectio est ac beatitudo. Non quidem Spiritualis illa, quæ merā nobis contingit gratiā divinitū, sed Philosophica isthac ac Naturalis, cuius exhortem esse Studia Sapientia ac meliorum literarum neminem ex τῷ τε φυστῷ λύσε λαζάρων patiuntur.

3. Ecqua verò in re consistat ipsa hæc, si quæris, ex Cora Mart. respondebo; in Intellectione, sive ἐν τῇ μηθηθείᾳ θεοῖς: εἰ τῷ θεοῖς.

4. Voces hæc Alex. Aphtod. sunt, quem sequimur in earumdem usu: immò & rei sensu: errore, si eos spectes, quos Epicuri degrege porcos veris exprimere umbris volupe; & istam mortaliū intuearis turbam, cui curæ cordiq; nihil, nisi quod αἴσια αἴσια, ad machinas, ut inquit Scal. farinarias conficiendas, ad lucellum parandum faciat: probò verò, si τὰς (placet repetere) vocem) δαιμονίς ἀρδετα.

¶. Divi-

2. 5. Divinos inquam vitos, priscæ sapientiæ ac prudentiæ can-didatos, quos jute rationibus persuasi sequimur, quibus de me-liore luto fixit præcordia Jupiter. Aristotelis exemplū; apud quem παλαιῶν λόγων mentio honorifica, & autoritas prima: cui θυμιάτερν τὰ πρεσβύτερα i. Metaph. §. 15. Furij monitu apud Macrob. l. 2. Saturn. c. 10. qui ad Cæcinam, Veteras, ait, nobis semper, si sapimus, adoranda.

6. An, quia persuasum quisq; habere sibi debeat, veteres, ac maximè patrias traditiones esse verissimas? Et homines ut pro-pius abfuerunt ab ortu & divina progenie, hoc etiam melius ea, quæ vera erant, animadvertisse, credendum Platoni est?

7. Scio; rident nostratem hunc animum novitij scenæ Aca-demicæ Actores, juvenilis viæ repertores, quorum tot cernas, etiam solitudine hac, quæ est in Musarum ædibus, durante, quot nume-rate dies solet annulus annus anni. Hi ut in sphæræ ludo simul discimus & mittere & excipere commodè: sic in doctrina acci-piunt unâ operâ & mittunt; concipiunt simul ac pariunt. Et hinc nascuntur illis nunc Compendia, mox Systemata &c. Omnia autem novâ, haec tenus inauditâ & eleganti (tamen, si Dis placet) methodo, artificiosimè, & absolutissimè conscripta.

8. Sed quid ista ad nos? Nihil fateor, si sibi & suis ista velint. Multum; si bonis artibus funus inducere: si Sexagenarios de-ponte deijsere; si Sapientiæ veterum alumnos, quia tales, exfuc-cos, exsangues, & omni eruditione exortes dicere non desierint. Quo in igni illis (Ramum, Kkm, Tipl. alios intelligo) ferrum strenuè, integro seculo fuit. Quo modo? An, inquam dormien-tes vidisti, majore aliqua noctis intempesta vi è strato in lucem subito protrahi? Satis habent vestem arripere, qua partes nece-sarias (ita eas vocabant, quâ viri sumus) pudori tegant, coloris aut elegantia securi. Quo eventu? Ut sœpè Sapientum-consul-tis rescriptum ipsiſ: Sacra Musæ, & sacra Musarum limina! Existe profani. Et Hercules vidimus Academicos, volucres hasce, ut olim ille aves Stymphalicas ex Arcadia, sic ex Consistorio, ex Theatro Philosophico abegisse. Qua de re, nisi Deus nolit, alias & sole clarius meridiano.

9. Nunc τὰς διαφορὰς, quos dixi, vitos adamassè satis: ut sen-tentiam eorundem de Perfectione & διαμορφᾳ verè humana repe-

repetivisse videar. Quam & veram, & eruditam censemus; rationibus ducti, quas nec Heracliti eludat Sophistica, quā nix potuit nigra fieri; neq; ejus acumen solvat, qui Diogenein cornua habere, contra manus Iuwiniūm; testimonium disputabat. Laert. lib. 6. c. 2.

10. Ecce tibi! Deus omnium rerum finis & mensura. Post Deum homo principe locatur loco, & reliqua omnia propter hunc facta. Antiquum hoc Protagoræ dogma: & probat Aristoteles (Picc. in Isag. vide c. 1) in loco non uno. Verum enim verò ut homo aliarum mensura est: sic à Deo mensuratur. Quare is optimus, & perfectissimus habendus deum homo, qui proximè ad Deum accedit, & ἐμοιστην (Jambl.) ἐμοιστην μάλιστε τῷ Θεῷ (Alexand. in I. Prior. & alibi sèpius.)

11. Οὐολῶντος hæc in quo consistat, nunc vide. Et ne aberres, Deum intuere, quō maximè Deus sit, & in quō divina perfectio. Ubi ne tibi prolixiori (qualis esse hic quis possit non ineptè) face & viatico opus sit, quæ communem meruere assensum, quasi rude dotata jam - olim, præaccepta; inter qua hoc est, quojus auspicio facilis nobis meta. Bonorum summa duo: θεοί τοι
Veri, & πράξεις boni: Hæc (πράξεις) humiliores & abjectiores sunt, quām ut Dei perfectionem constituant: fortasse nec in divinam naturam cedant, si præsertim Aristot. fides l. 10. Ethic. Et numquid argumentum voles? Dabo. Virtutes cui competunt, hunc (v. g. hominem, vide Alex.) faciunt meliorem. Quod deo dixisse, a non ter & amplius absurdum fuerit? Alex. l. 4.
Quæst. 10.

12. Verum θεοί ipsò verbi consiliè (quippe à Deo nomen traxit) fatis ostendit, quām probè Deo tributatur! Ut verum illud Alex. in proœ. prior. verbum habeamus: Τοῖς θεοῖς σωματική τε καὶ ἀπόλετος η τῆς ἀληθείας θεοί. Unde nihil prolixius, collectu, quam quod th. 3. diximus, repetivimus th. 9.

13. Argumenta ejus nisi omitam, peccem in Institutio nostri rationem. Et quia tamen in eam decreti hujus Peripatetici ductu seu janua, non pseudothyro, intromitti poterimus, una complexa dabo thesi, quæ huic loco, et si deducendo eorundem robori angustior sit, sufficere possint.

A 2

14. Her-

14. Horum E. illud (1.) vocabimus, quod ab Arist. in fronte i. Met. positum, Dn. Corn. p. 2. Isag. repetit: Omnes homines scire naturæ instinctu (Φύσι) desiderant. (2.) Αληθέα καὶ τὸ γνωρίκειον τὸ μετανοϊαν ἀγαπεῖται γάρ τοι οὐδὲ οὐδεῖς: solus homo ejus capax; quâ & ab illis differt. (3.) ligatum ejus i. sensuam amor est: qui maximus in eos, qui cognitioni in nobis subserviunt. 2: peregrinatio, quæ jucunda non esset, nisi & multa videre, & discere plura, nobis contingere. (4.) Et quid naturale magis, atq; opribilius homini, quam imperare & superiorem esse alijs, sic ut ceteri te audiant, auscultent, tibi obtemperent? At istud est, quod cognitione homo consequitur, & scientia. Fac unâ velli scaphâ Alexandrum regem, Papam Romanum, Euclionem Plautinum, Thrasonem Terentianum, navigandi rudes alios & hanc navem medijs hærere savyente Aquilone, iù fluctibus: annon præ tota illa & purpurata, & rasa, & avarâ, & grandiloqua turba hominū, cùm fama, cùm familiâ ignobilem eligeres regendæ navis peritiâ instructum? In bello cui patere duci milites volunt? nobilissimo an cognitione rei militaris præcellenti? Taceo alia: Taceo s. totum veterum Aristotelis interpretum, (Alex. Ammon. Them. Philop. Aver. Boëth. Alib. M.) & recentiorum magnam partem chorum, ne malo nobis ac remoræ hic, alijs molestiæ esse incipiam.

15. Est verò Scientia nostra, uti mensuratum aliquod: res & objecta, mensuræ sunt. Horum autem conditio ac natura non una est: unde una etiam omnium rerum Scientia esse non potest; sed plures erunt: inter quas etiam diversitas dabatur, ex objectorum distansia nata: Corn. M. Quâ de prolixam texere orationem hic esto. πρότερον.

16. Istud hujus loci maximè est & operæ premium, si cogitemus, Aliam ex Disciplinis hisce esse Universalem; Alias Particulares: quârum Illa de Ente in universum tractet; Coeteras has unam aliquam Entis partem absindere, qua de considerent. Sic Physicus agit de Ente mobili: Mathematicus de Quanto. Arist. 4. Met. Corn. Arnis. Slek.

17. Sed hasce posterioris generis Disciplinas, agite nunc bonâ cum veniâ dimittamus; ut ad Universalem rectâ ire liceat:

cui

qui sacra facturi certis quibusdam Disputationibus, in publicum
edendis, ut ad instar animi nostri canalis sint, per quem interio-
res mentis conceptus impetu, sed & ordine quodam effundamus.
Vestigia pressuli καθόδου περι Corn. Matt. Arn. Slek. Idq; eâ causa,
quia excellentis ingenij virum plus ego credo esse secutum senem
esse, quam juvenem. Sicuti in via minus errat, qui viae gnarus: qui
vero hunc pari pede sequitor, improvidè non currit in saxum,
aut pilam: sic in literarum Studijs meliores duces ē παπαγάλοι,
& felicius meam attingunt, qui eos sequuntur.

18. Audeamus ergo, & in ostio formosum nostrum insti-
tutum reddituri, sequamur exemplum eorum, qui magnis ædi-
ficijs ideam præmittunt, & imaginem; ut illis, qui sumptus fa-
ciunt vel Spectatores futuri sunt, studijs operævè impendende-
crescat lubido. Slek. ille meus Musagetes: sed in te alia.

19. Imò Aristotelis 2. Met. c. 2. t. 15. iussu, qui ἐμσήμην
ipsam ἀ τρόπῳ ἐμσήμην distinctam sejunctamq; voluit.

20. Est autem idea ac umbra illa futuri operis, tabellâ hâc
& hîc in vestibulo ædium Metaphysicarum, ταῦτα (sc Arist.
i. de part. appellat) habitu auctore suspendenda: quam Constitu-
tionis vocabulo aliqui non malè: alij Præcognitorum; plures
Procemij: plurimi alijs designant nominibus.

21. Continet vero isthac Constitutione totam artem, univer-
sum opus: sic tamen, ut ipsius artis operisne nihil sit. Cujus
enim quoq; partis foret? an Communis? an Propria? Neutrius
hercle esse poterit sine vel hujus vel illius injuria. Ergone totam
continet & sic utramq; partem? Id est, quod dixi. Quomodo
vero istud, ut tamen ipsa ars, ipsum opus, non sit supervacuum?
Nempè si pro idea, si pro Delineatione artis habeas. 2. Subjectum
Constitutionis hujus ars & Scientia ipsa est. Et in hoc quidem
loco, Metaphysica, cuius essentiam explicabit per definitionem;
divisionem &c. Metaphysicæ autem objectum Ens est, quæ
ens. E. distinctis gaudent Subjectis. E. distincti habitus sunt: &
Ac distincta quoq; operâ doceri, scribiq; volunt, ut distinctas ideas
imaginesq; obtineant. Et annō 3. quia τρόπῳ ἐμσήμην, aue-
certè ejus aliquid est, propterea ἐμσήμην non est? Prostern.

A 3.

22. Certe-

22. Coeterum Metaphysices voce quam designemus disciplinam, obscurum non est: eam nempè & ejuscemodi Scientiam, quæ generali Eutis terumq; cognitioni insistens, ea explicat, quæ reliquis disciplinis omnibus usui quidem sint, nulli autem harum adscribi possint velut domestica. Slek.

23. Generalia ista quæ sicut, mox & infra patescet. Nunc ve-
cis (Metaphysices) authorem si inquiramus, fatebitur ab Arist.
eam non esse. At verò in Arist. nunc est, & usu trita, atq; per-
vetus. Adeò ut vel à Theophrasto, eius, hoc indice, opus extat,
vel vetustissimis Arist. Interpp. usurpata fuerit: quippe, quam
& Plut. habet in Alex. & Aphrod. in Exp. l. 2. & 3. Met. Philop.
in princ. super hos libros.

24. Adscribam incunabula ejus? Dicitur οὐτὸς τοῦ μὲν τῆς
Φυσικῆς. Consilio certè; cujus ratio non ita liquida est, abeun-
tibus hic in diversas Philosophis partes; Alex. Averr. Philop. quibus
contraire ausus quondam Albertus. Verùm nos non admodum
moramur ista litigia; Sed quicquid litis tamen heic sit, agesis so-
piamus. Turbas has vox αὖ dedit: explicata alijs per post, alijs
per super. Et meo iudicio, malè pars neutra. Annon enim post
Naturalem scientiam inventa? Et quid videtur? anne post ean-
dem discenda Metaphysica? Platonii 7. de Rep. non aliter visum,
qui caute admodum & non nisi tricesimo anno auditorem in-
has intromitti voluit Scholas. Posteriores quod defendat, ipsa
Objecti genuina conditio est, qua altissimo & dignissimo loco
positum, Physice familiam transcendit omnem.

25. Plato, vel ap. hunc Socrates potius, cum Scientiarum
hanc aquilam agnosceret, eamq; cerneret θεωρίαν τηλεοπτι-
reliquarum esse, & super eas positam velut structuris summis parie-
tum lorica superstruitur; nomen verò idoneum non inveniret,
Dialectices vocabulo, timidiè inscripsit.

26. Timidiè, dixi praeunte Slek. nec fallor. Immò quæso te,
quî in Dialecticam communiter sic ac propriè dictam, descriptio-
(th. 25.) Platonica cadere potest? Sed & pergit Plato l. dictio, 7.
de Rep. Dialecticâ hac ferè nulla alia fastigij loco superior ponи
potest. Hæc est, (ut iterum ex 2. de Rep. dicam) qua reverà
barbarico quodam coeno demersum animi oculum, paulatim
trahit,

trahit; subtrahitque Platonem Academia sequitur; & in eâ Plotinus, alij: qua de re videatur præceptor noster Joh. Slek. disp. Metaph. i. th. 5. 6. 7. 8. 9.

77

27. Ad Aristotelis deveniendum Appellationes: quarum, pars à Forma, pars ab Officio, à Subjecto item, vel Subjecti aliqua parte, vel etiam à Dignitate ejusdem desumpta. In quibus omnibus singulisq; qui non cernat manifestum præstantiæ utilitatissq; argumentum, quid ad perfectam coætitatem ei deesse tandem, existimabimus?

28. Sic Primam Philosophiam vocat i. Phys. c. 9. t. 83. 2. Phys. c. 2. t. 26. VI. Metaph. c. 1. X. Metaph. c. 4. ratione, quam insinuat VI. Met. c. 1. Dicitur 2. Scientia Theologica i. 6. c. 7. l. 10. c. 7. θεοτήτη καὶ ἡμιωτήτη i. Metaph. t. II. Vocatur 3. ἐπισήμη τὸ ὄντος 4. Met. t. 1. Sic 4. Sapientia i. Met. c. 2. dicitur. 5. δέξι-κυριότητη 1. Metaph. c. 2. ἡγεμονικωτήτη 2. Met. c. 2. Κυρια 1. post. c. 7. Κυριωτήτη II. Met. c. 7. Tandem vocat eam absolute Philosophiam 3. Met. c. 2. & Philosophi scientiam 10. Met. c. 3. Quorum nominum rationes & verbo insinuatæ th. 27. & aliás nobis explicatae.

29. Disciplinam autem hanc ponendam esse & negari non nisi sulti simè posse, inde à nata philosophia certum fuit. Ecce Thaletem, Pythagoram, Anaxagoram, cæteros antiquissimos Philosophos, quibus frequenter de Ente, uno, vero, bono, principijs, primis causis &c, meditationem fuisse institutam, non obscurum; manifestius autem de Platone & Socrate, quam ut probatione indigeat.

30. E Sophista, & Parmenide id Slek. ostendit eleganter, quem vide: & ex eo etiam hoc nota, Ægyptiorum illam, quæ in Hieroglyphicis, disciplinam meliore majoreq; sui parte Metaphysicam jure dicendam. Aristotelem si quis prodire hic velit, non calculum tantum nostrati thesi adjicit in toto opere Metaphysico, sed & exemplo probat in fronte i. Physic. ubi Metaphysicæ induitus habitu, sententiam eorum, qui omnia faciebant unum ens, duobus refellit argumentis, ex multiplici videlicet Entis ratione, & varijs Unius acceptione deductis.

31. Frustra hinc inquiunt Arn. Slek. & inepte Arist. primâ Philosophiam:

8 phiam appellari, tribunal ejus adierit; nisi Parmenides & Melis-
sus illius & uti foro consueverint, & supremam in judicandis con-
troversijs autoritatem agnoverint.

31. Quæ verò Aristotelem secutæ est ætas, hanc Metaphysicæ
disciplinæ hæreditatem, non adiit tantum prompta; sed & per
varias gentes, nationes, familias, serie nusquam interrupta, non
sine multo studiosorum ingeniorum fructu, transmisit.

32. Verū Gallia tandem retro-annis ausa facinus, cuius re-
liquus orbis ne suspicari quidem potuit initia. Idq; auctore P. Ra-
mo, magno per me in re Mathematica (etsi repugnant Matheseos
nonnulla lumina) & Oratoriâ Tribuno. Hujus audacia, ait Arn.
in Epit. Metaph. p. 4. eosq; processit, ut, postquam alias Philo-
sophiæ partes satis conspurcaverat, arietes etiam contra caput
moverit, quod in Scholiâ Metaph. passim deridet. Et in procœm. l. I.
item l. I. c. I. 3. l. 5. c. 29. ejus doctrinam Logicæ adjudicat.

33. Cernitis Petrum Ramum; & non obscurum decretum ejus:
quod è bono Reipubl. literariæ, è Schola Veritatis non esse, brevi-
ter ostendam, postquā de Quæstionis statu constiterit. In quo satis
ridiculi, qui Metaphysicæ voci adeò infensi infestiq; ut hanc dati
negent: Primam autem Philosophiam facile admittant. Quin &
illi, qui primâ Philosophiam Arist. non ferunt: aliquā a. Rameam
asserendā arbitrantur, in Æsculapij templum deportandi, quod in
insula est, ut ellebori bibant, quantum satis erit. De ipsa enim Sci-
entia, sive in habitu & essentia, sive in typo & ideâ (neq; enim ista
nunc ego moror) considerata lis est; de Subjectis istius habitus,
aut causa conscribente nequaquam. Perijt habitus Metaphysi-
cus Aristotelis cum ipso, in quo erat, anno & Oratorum principi
Demostheni, & Philosophorum summo heu dolor! funesto, qui
fuit, si Apollodoro, Laertio, Pererio credimus, Olympiadis
C X I. tertius.

34. De Disciplina ergo ipsâ hâc (vide th. 22.) queritur. Quæ-
ritur inquit. 1. numquid detur talis disciplina, quæ versetur cir-
ca ens quat. ens. 2. Et si detur, queritur ulterius, numquid ita
detur, ut sit realiter eadem cum Logica, & nihil contineat, nisi
meras tantologias Dialecticas; an verò sit peculiaris aliqua Scien-
tia,

tia, secundum rem à Logica distincta. Quod si affirmaveris, 3.
de Modo differendum erit, quo distinguantur.

35. De singulis (benevolentiae hujus ævi ratione habita) breviter, & sine numerolo argumentorum exercitu. Primam autem quod spectat, eam probabimus triplici rationum genere. Desumuntur enim vel 1. ex parte Intellectus. 2. ex parte rerum scibiliū. 3. ex parte Disciplinarum particularium.

36. Illud explicaturus Javellus 1. Metaph. tract. 1. præacceptat quod thesibus 3. 9. 10. seqq. nobis constitutum, in rerum scil. contemplatione, hominis germanam consistere *επιλέξεις*, qua, ut Dn. Slek. hac in re loquitur, è brutorum caveis opificumq; officiis exemptus, per gradus prudentia civilis transiens, coelestibus genijs affinitate jungitur, ipsumq; τὸ πνεῦμα τοῦ πιστοῦ (ut Trismegistus dicebat) ἀπολatur.

37. Nempe non sensui tantum conjunctus intellectus noster est, sed & divinum quipiam in se habet, immaterialis, simplex abstractus, atq; incorruptibilis (Quorsum respexit cum vate dicam, prudentium Flos ac propago gentis antiquæ virtutis, que hominem Dei mundi q; nexum; horizontem Universitatis, insimum supremi & supremum insimi appellavit.) existens. Qua in parte annon objecta habet, quæ supra materiæ conditionem posita, cognitione quadam simplicitatis, immaterialitatis atq; abstractionis, divinitatisq; intellectum ipsum proprius attingant? quorumq; cognitionem ipse serio, stimulante naturali illo, de quo Arist. 1. Met. desiderio, inardescat? adeò ut & sine ea suum isthunc animi cultum perfectum absolutumq; non arbitretur.

38. Ex quibus propemodum etiam Secundum pater. Ecquis enim dubitat de rebus divinis, an ne quam - maximè actu sunt; adeoq; & maximè vera? Ut statim essentia sua certissimum obtineant, secundum quem cognosci aptæ - natæ sint: imò debeat, Cujus argumenti impetum eludere nec is hic quidem poterit, qui peculiarem Immateriatis Scientiam vindicarit. Neq; enim 1. hactenus de eo nobis constitutum. Et 2. si esset, quod dicitur, verum concessumq; numquid in Abstractis supersunt attributa generalia, & communia principia, quæ ex proprijs eorum naturis conditionibusq; nequaquam fluunt? Adeo quidem 3. ut recta teducant ad En. ipsum; quod utrisq;, & materiatis & ab-

B

Abstractis

38. tractis superioris altiusq; , cui & affectiones illæ generales principiæq; communia primò & adæquate competant.

39. Ex quibus argumentum emergit, quò nec frequentius quidquam, nec fortius in hac causâ. Ubicunq; datur subjectum, quod certis affectionibus & principiis instructum, ibi datur Scientia. Hic datur hujuscemodi. Ergo. Majorem firmo i. Autoritate Arist. i. post. t. 76. Themistij i. post. c. 21. à quibus non abeat, nisi qui aperte *ἀργαληψίας* profiteatur, & rectâ in antiquo - novorum Pyrrhoniorum castra concedat. 2. Ratiōne non infirma, ex Arnol. in Constitut. c. i. Scientia est cognitio Affectionis de Subjecto per medium Causam. Ut autem hoc sit, tria adesse oportet: Id quod cognoscitur, Peripatetici vocant Majus extreum: Per quod cognoscitur, nūm, Medium, & tandem De quo cognoscitur, nimirum subjectum. Minor hāc ipsā metidiana luce clarior, tam ex dictis, tam ex i.v. Metaph. c. i. Qua de re infra latius.

40. Tandem reliquas mihi vide Disciplinas particulares, quæ indigentiam suam & obscuritatem non ægrè proflarent, Metaphysica veluti Solis alcujs lumen splendescunt, ab eâ dirigi, & primorum principiorum quæsū sceptro regi gestiunt. Prodeat Physica & omnium loquatur ore. Hæc ἐπιδεξία, δυνάμεως Necessitatis, Contingentia, Finiti, Infiniti, Unitatis, Diversitatis, Oppositionis &c. mentionem sāpiuscule facit; sed nunquam ea in rationibus nativis *πραγματικῶς* considerat, nūspiam definit, nullibi explicat. Nec considerare unquam, salvis Scientiarum finibus & bonæ demonstrationis requisitis audebit, poteritve. Quam enim quæsto facinoris hujus sui prætendant causam? An quia carere illorum non potest usu? an verò quia generalium hujuscemodi notionum realium, terminorumq; scire havet naturas, rationes, distinctiones, multiformes acceptiones? Sic est. At quid animi tunc esse putabis Mathematico, quid Ethico, quid Logico? (iunctò quid Theologo, J. Cto, Medico?) quorum quisquis sibi istos rapere posset; & eodem quidem jure, ijsdemq; quas Phycus adducebat, rationibus.

41. Ergò cum non sit causa major, cur in una (v. g. Physica) considererentur magis quam in alia, necesse fuit invenire Disciplinam aliquam, quæ certamine dirempto, talia consideret, à qua deinde

deinde reliquæ hujuscemodi terminorum rerumq; generalium accipi-
piant cognitionem, & in suum quæq; bonum vertant, ipso ὅσῳ
enī in corā dicente philosopho IV. Metaph. t. 7.

42. Altera argumenta nec reperti hic rara, nec excogitata ar-
dua ei, qui mediocriter versatus in ijs, quæ olim Cor Aristotelis,
aut Plato, sive etiam post isthos reliqui Sapientiæ primæ Tribuni
Iquere seclis æmulandum posteris: Quamvis & ista tamen sin-
gula ad aliquid horum generum minimopere retoleris.

43. Abeundum ergo ad Secundum. In quo ita versatus P.
Ramus, ut scribere non veritus fuerit, in opere Metaphysicæ Ari-
stotelico nihil esse nisi puras- putas tauiologias Logicas. Dadu-
chum hunc sequuta reliqua Mundi novatorum, Aristotelis ob-
trectatorum, Sic Scal, vocat exerc. 365. s. i. turba: à qua ne latum
quidem unguem discedunt Anti-Corneliani Helmstadenses,
interprete Notholdo in Diatri. c. 13. Nuperis annis ita proponit
cœpta hæc res est, ut quæstum ab illis, numquid modus essendi
(qua voce rem Metaphysicam indigent.) distinet; an vero
junctim cum modo arguendi sit explicandus? Et negarunt prius.

44. Mibi hac in re verum Corn. Mart. judicium semper vi-
sum: Mirandum, inquit ille, meritò videtur, posse homines in-
veniri, qui nomen suum profiteri inter doctos ausint, & nihilom-
minus negare Metaphysicam, aut eam cum Logica confundere.
Deinde bellum istud notamus intestinum, quo Schola Ramea,
domestica veluti seditione, afflita, & exhausta, erubescere coepit
jam pridem argumenta fortium Aristotelicorum.

45. Εἰδίκετος ut aliquid addam, responsū parabo gemi-
num. 1. Non omnia Metaphysics in Logica Petri traduntur. 2. Nec
ad Logicum pertinent. Dixi mentem. Quid! an placet ista sine
rationum dote? Profectò manifestior est, quam ut probari de-
beat. Probabo tamen, ne te gratis pœnitentia fuisse sive credulum
sive probum. Idq; fere verbis Arnisi dicentis. 1. Unum & multa,
Verum, Falsum, Actum, Potentiam, Necessitatem, Contingentiam,
& reliqua summa capita, nullibi in Logicis Rami explicata
videmus, sicut nec Accidentium definitionem, divisionem, vel
Substantiæ declarationem inibi reperimus. Quomodo vero erga
Ramu hæc sese impiarunt, quod cum concivibus suis censi
non mereantur? 2. Qui proponit Scientiam Entis tradere, illum

B. 2

oporet

32. oportet primum generalia generaliter, deinde specialia specialiter tradere: id quod per totum l. 2. Schol. Logic. singulis ferè capitibus Ramus in clamat. Sed omnibus Entis speciebus communiter insunt Unum, Verum, Bonum, Causa, Causatum &c. E. & hæc universaliter tradere debuisset Ramus, antequam Species Entis per loca sua dispoueret.

46. Alterum hinc ostenditur. I. Logici a clus elicitus est tradere modos ad inveniendam veritatem, qui modi sunt notiones secundæ. At vero quæ in Metaph. tractantur non sunt tales vel notiones sive modi sed ipsæ res, in quibus per instrumenta Logica Veritas investigatur. Ergo.

47. II. Ipse Ramus species Entis proponit in eum finem in Logicis, ut sint materia inventionis. Sed in Ente per accidens est, ut fiat inventionis materies. Metaphysicus vero pollicetur de Ente ἡ δι inquit Arist. IV. Metaph. t. I. οὐ τά των ὑπάρχοντων καθ' αὐτό, sive, ut loquitur t. 6. ἡ δι.

48. Sed tum III. vide, quam absurdum sit, loca Rami Vocabre Species Entis. Nam i. Genus debet homogeneum esse cum suis Speciebus, quia in essentia specierum continetur. Argumentum vero toto genere differt à veris Entibus, quia est Ens rationis. Entibus autem rationis cum veris nihil commune præter nomen. Dein Genus per se inest speciebus, nec abesse potest unquam. Consule Isagogen Porphyrianam. At Rami hæc species (causa v. g.) esse potest, ut tamen sine genere suo sit, & argumentum non sit. Porro: Quicquid de Specie verum est, καὶ μέρες etiam de Genere verum. At de specie (quadam Causa, quadam item Effectu) verum quod vivat. Ergone quoddam argumentum Ramisticum vivet?

49. Ens 2. ut reale est, ita reales vendicat sibi Species. Verum Rami Species bonam partem sunt intentionales. Provoco ad Conjugata, Notationem, Definitionem &c. Quin & addam 3. Entis incomplexi Species debent esse incomplexe. Inter Rami Species locus etiam est Complexis v. g. Testimonior. 4. Species veræ ita distinguunt essentias rerum, ut repugnet uni contineri sub alia. At apud Ramum, quod sub causa locatur, mox sub Effectu, mox sub alijs collocabitur: feliciore mehercle sive Metamorphosi, quam qualem Ovidius depinxit; aut μεταψυχῶς, quam Schola Pythagorica olim profiteri ausa fuit.

50. Ex.

50. Ex quibus patet, accidentales tantum rerum diversitates 13
per loca Logica distingui, non essentiales. Plura & alia hanc in-
rem scripta mihi in Hexade quæst. Philos. q. 3. th. 50. s. seqq. ubi-
nisi non placet, vide, & applica.

51. Patet ex dictis, familiam Metaphysicam Logicæ possesso-
ni nullo sano Senatus Philosophici decreto adjudicari posse. Unde
nec istud obscurum, Logicam & Metaphysicam esse disciplinas
realiter distinctas. Illa est 1. intentionalis disciplina, atq; 2. è nu-
mero tal^ν ἐγγενικῶν: adeoq; etiam 3. inter res Utiles habenda.
Hæc Contra 1. realis disciplina est, & Philosophiæ pars vera 2. sui
gratia ac juris, adeoq; è numero Bonorum, quæ Arist. πρᾶται vo-
cat; & Utilia necessariō non sunt ἔστατα, etiū utilitatis forte
ratiōs supra ceteratū rerum horizontē spargere nunquā cessent.

52. Nec tamen negamus interim æqualem Log. & Metaph.
latitudinem; non inficias imus, Utramq; in eodem versati Ente.
Manifestò enim nimis Arist. I V. Metaph. t. 5. τοῖς δὲ τοῖς φιλό-
σφέρου τοῖς ή Διαλεκτικὴ τῇ Φιλοσοφίᾳ. Φιλοσοφίᾳ inquam,
ad mentem interpretum Opt. Max. q. περὶ. Verum observa-
tu digna censeo, quæ subjungit; Αλλα Διαλεκτικη, Φίλοι τῆς Δια-
λεκτικῆς τὰ σώματα τῆς δινάμεως. Καὶ τοῖς Διαλεκτικὴν τε-
τελεῖται τοῖς ή Φιλοσοφίᾳ μνωεῖται. Dialectica & Philosophia
(prima) versantur quidem in eodem genere, subjecto sed tamen
Istuc ab illâ differt modo potestatis: Et quorum tentativa Diale-
ctica est, horum Metaphysica est cognoscitiva.

53. De Modo ergo distinctionis facilis & aperta responsio:
Juxta Arist. differunt 1. Metaphysica est μνωεῖσιν ostendendo
affectiones de subjecto suo per causas &c. Dialectica sive Logica
(Ratiōnis pari hæc passū ambulant) τετελεῖται tantum. 2. modo Fa-
cultatis, idq; vel 1. hōc sensu; quod Dialectica non sit demonstra-
tiva; Metaphys. verō maximè: Adeoq; quæ δύναμιν, hæc major
illâ. Vel 2. istò; ut dicat, Dialecticam posse in utramq; partem de
re qualibet differere; Metaphys. verō non nisi alteram partem, quæ
vera sit, confirmare. Atq; sic Dialect. quæ facultatem, amplior
majorq; evaserit.

54. Vultis aliter? Et distinctius meā operā? Differunt Logica
& Metaphysica 1. Subjectis; sive Species 1. τὸ formale; quō in-
B 3 grō di-

